



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Homo. Descriptio I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)



CHARACTERES EPIDICTICI.

LIBER VNDICIMVS.

VARIAS HYPOTYPOSES COMPLECTENS,
Ex antiquis authoribus Græcis, & Latinis.

DESCRIPTIONES HOMINIS.

H O M O.

Descriptio I.

*ad Marcum.
Ex Seneca.*



VID est homo? quodlibet
quaslibet vas, & quodlibet fra-
gile. Iactatu non tempestate
magna, vt dissiparis opus est,
ubicumque arretaueris solue-
ris. Quid est homo? imbecil-
lum corpus, & fragile, nudum, suapte natu-
ra inermis, alienæ opis indigens, ad omnem
fortunæ contumeliam proiecitum, cum bene
laceratos exercuit cuiuslibet sera pabulum,
cuiuslibet victimam: ex infirmitate, fluidisque
contextum, & lineamentis exterioribus nitidum,
frigoris, astutus, laboris impatiens, ipso
rursum litu, & otio iturum in tabernaculo.
Ali-
menta metuens sua, quorum modo copia,
modo inopia rumpitur, anxie sollicitaque
tutelæ, precari spiritus, & male cohærentis.
Soli semper nutrimentum vitiosum, & iniuri-
tile. Miramur in hoc mortem unius, qua
singulis opus est? nunquid enim, vt concidat,
res est magni molimenti? Odor illi, sapor-
que, & laetitudo, & vigilia, & humor, & ci-
bus, & sine quibus vivere non potest, morti-

sera sunt, quoconque se mouet, statim infi-
mitatis sua conscientia, non omne cœlum fe-
rens, aquarum nouitatibus, statusque non fa-
miliaris auræ, & tenuissimis caulis, atque
offensionibus morbidum, putre, cassum: à fle-
tu vitam auspicatum. Cum interim quantos
tumultus hoc tam contemptum animal mo-
uet? in quantas cogitationes oblitum sua
conditionis venit? immortalia, æterna vo-
luntat animo, & in nepotes, præpotentique
disponit: cum interim longa conanem cum
mors opprimit, & hoc, quod senectus voca-
tur: pauci sunt circuitus annorum.

Note.

Vide quæ habet Plinius in proem. l. 7. pla-
nè eximia, & Plato in Axiocho, ubi ait hanc *Cornel. in*
inferiorem naturam, ad omnem vim mali ex-
cipiendam, esse coagamentata, ἵπταντα *Gene. f. 13.*
άμυχια, καὶ πάντα, καὶ εἰς πλειούς δύνας *varia ag-*
άνακερα μένα, τὰ δὲ λεγεῖνά αχρεωφύν, καὶ μικρά,
πελυχόνα, καὶ τῶν ἡδονῶν ἄμοιζα, &c. *nitiones he-*
Id.

Id est, cuius voluptates velerose, & volatiles, multisque permixtae doloribus dolores vero meri, diuturni, & voluptatum expertes.

CORPVS HUMANVM
in genere.

Descriptio II.

Deus igitur solidamenta corporis, quae ossa dicuntur, nodata, & adiuncta inuenientur, nervis alligavit, atque constringit: quibus mens si excurrere, aut resistere velit, tanquam retinaculis, retineretur, & quidem nullo labore, nulloque conatu, sed vel minimo nutu, totius corporis molem temperaret, ac flecteret, hac aut visceribus operuit, ut quemque locum decebat, utque ossa solida tegerentur. Item visceribus ipsis venas admis- cuit, quasi riuos per corpus omne diuulos, per quas discurrens humor, & sanguis uniuersa membra, succis vitalibus irrigaret: & ea viscera formata, in cum modum, quid vivi- niisque generi aptum fuerit, superiecta pelle contexit: quam, vel sola pulchritudine decorauit, vel setis adoperuit, vel squamis muniuit, vel plumis insignibus adornauit. Illud vero commentum Dei mirabile, quod una dispositio, & unus habitus innumerabiles animalium praeferaat varietates.

Nam in omnibus ferè, quæ spirant, eadem series, & ordo membrorum est. Primum enim caput, & huic annexa ceruix. Item collo pectus adiunctum, & ex eo prouinentes armi, adhaerens pectori, venter. Item huic subnexa genitalia. Ultimo loco femora, pedesque. Nec solum membra suum tenorem, ac situm in omnibus seruant, sed etiam partes membrorum. Nam in uno capite ipso certam sedem possident aures, certam oculi, nares item, os quoque, & in ore dentes, & lingua.

Nota.

Hac Laelantius libro de opificio Dei cap. 7. Sunis est, & ingeniosus in eodem argumento Ambrosius, Hexameri libro sexto, capitulo nono, D. Gregor. Nazianzen. orat. 34. & alij innomeri, qui eandem materiam attigerunt. Sed iugat in istis, etiam Medicos audire, qui hanc sancte accuratis describunt, quanid nō rursum

melius, inter quos, & nostro seculo Laurentius in libro, quem de hac humani corporis struatura scriptis, non modo est accuratus in rebus, sed in style etiam plurimum habet dignitatem. Ex eo igitur descriptiones aliquot nobiliorum partium afferemus.

C A P V T.

Descriptio III.

Hominem ob naturæ maiestatem miraculum miraculorum, animal adorandum, & venerandum à sapientissimis AEgyptiorum Sacerdotibus appellatum fuisse constat. Maiestatis porro imaginem licet ubique habeat expressam, lucent tamen in capite plures diuinitatis illius. & principatus animæ radij. Quid sine capite est homo? acet mercuriale, iacet sine honore, sine nomine, quasi truncus iners, & ignobilis: sola Principum capita, auro, ære, marino sculpta in prelio sunt, per caput iurabant veteres, capitibus nutu pacta confirmabant, caput ubique plenissimum maiestatis: at illud ipsum solius cerebri gratia constructum est, cuius domicilium, & propugnaculum à Principe Medicorum appellatur.

Ex Laurentio. Item.

C E R E B R U M.

Est hoc viscerum excellissimum, proximumque celo, hanc habent sensus arcem munitissimam, hic culmen, hic vigor, hic mentis est regimen, est cerebrum non modo sensuum sedes, & motuum προσεγγικῶν artifex, membrorum vastissimas moles, & muscularum prætumida corpora, nervorum fibris, quasi funiculis, non sine admiratione trahēs, sed & sapientiae est domicilium, memoria, iudicii, cogitationum, quibus opifici Deo humanum genus redditur simillimum.

Plato diuinissimum hoc appellat membrū, nec solum præcipuum, sed etiam totum in corpore. Homerus ὄψαν nominat, quod ad instar primi orbis eius vi, ac illustratione inferiora moueantur, ac leviant: hic sacram Palladis arcem Poeta locant, dum eam Iouis cerebro natam fingunt, propterea à cerebri esu, tanquam à re sacra abstinebant veteres, & sternutantibus bene precabantur.

Sff Quid.